Minuendis tributis et levandis populi oneribus exercitus in Gallia, etiam magna pars Custodum corporis, Galli, Helvetij exauctorantur.

APRILIS.

Imperatorem Leopoldum bello Turcico pressum multa turbant. Primo non desunt, qui nullum â turcis periculum saltem fama in majus attolli suspicantur, emungendis pecunia Principibus et Civitatibus.
Deinde ordines Imperij per religiosa comitiorum solennia rogari sueti, privatas Cæsaris interpellationes insuper habēt.
Contra Cæsaris rationibus comitiâ non conducunt. Porro post, quam decreta erunt subsidia, tarda tamen erunt. illorum maxime qui â periculis longe dissiti